


tectum me-um : sed tan-tum dic verbo, et sanábitur




pu-er me-us. Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.


Oratio.

PARCE Dómine, parce pópulo tuo : ut dignis flagellatió-
nibus castigátus ⁊ in tua miseratióne respíret : Per.


FERIA SEXTA.



TU autem cum oráveris, intra in cubículum



tu-um, et clauso ósti-o, ora Patrem tu-um. Cant. Ma-



gní-ficat. e u ó u a e.

Oratio.

TUERE Dómine pópulum tuum, et ab ómnibus peccátis
cleménte emúnda : quia nulla ei nocébit advérsitas ⁊
si nulla ei dominéetur iníquitas : Per.

SABBATO ANTE DOM. I. QUADRAGESIMÆ.

Capitulum.

2. Cor. 6.

HORTAMUR vos ne in vácuum grátiam Dei recipiátis ⁊
ait enim, Témpore accépto exaudívi te : et in die
salútis adjúvi te.